

Fœdus unionis et fraternæ concordie inter
Casimirum Polonia regem, et Ludovicum
ducem Bavarie. Datum in Brodnica
feria quarta ante festum natiuitatis Be-
ate Virginis Mariæ. & Archiv. Regni
Lib. 3. num 4. Fol. 12. Item Fol. 22.

137

Casimirus Dei gratia Rex Polonie Magnus Dux
Lithuanie Russie Prusieque Dominus et heres.
Significamus tenore presentium universis et
singulis quibus expediret recognoscentes. Quomo-
do intuitu et pensata singularis benevolentie
affectionis et mutue amicitie firmitate, qui-
bus divi recordii illustrissimus Genitor noster
Dominus Vladislaus rex Polonie gloriosam do-
mum Bavarie potissime illustrem principem
nostri singularis affinis dilecti preclari Prin-
cipis domini Ludovici comitis palatini Rheni
inferioris superiorisque Bavarie Ducis genito-
rem felicis memorie complectebatur nec mi-
nus nos sibi domino Ludovico duci prefato
amicitia affinitate qua vicissim coniungimur
pure affecti sumus his permoti rationibus
cum eodem domino Ludovico duci fratre et affi-
ne nobis sincere dilecto, fœdus unionis et fra-
ternæ concordie pepigimus contraximus et
suscepimus tenoreque presentium mediante
inimus facimus et contrahimus sub modis
et ordine inferius descriptis. Imprimis quia
memoratum dominum Ludovicum Ducem
omni honore fide et amore prosequi et pro-
movere debemus et volumus in omnibus locis

et finibus ubi licita nobis id faciendi facultas
se dederit dolo et fraude cessantibus. Præterea
notumius neque debemus sue dilectioni ejusdem
quæ terris et hominibus ac singulariter Gallie
et Bavarie Ducatibus provinciis et territoriis
sue caritatis ditioni manutentionique subsisten-
tibus ac illis qui ad ejus protectionem extunc spe-
ctare demonstrantur quacunque ex causa gēv-
ras struere et movere easque diffidare aut hosti-
liter impetere per nos aut submissas personas frau-
de ac quovis dolo semotis. Pari modo quovis³ volumus et
debemus universos subditos nostros nostre protectio-
ni parentes prohibere nec eisdem premissa faciendi
aut intentandi permittere. Præterea memorati Domini
Ludovici Ducis subditi ac qui ejusdem defensione
et manutentione gaudeant et petuntur in regno du-
catibus terris et districtibus nostris plenariam et tutam
securitatem et saluum conductum habebunt, et habe-
re debebunt, hæc tamen apposita conditione si aliqui
ex nostris subditis cum sepefati Domini Ducis sub-
ditis agere aut facere haberent. extunc de condigna
ac consueta Provinciarum nostrarum justitia et jure
in regno Dominiis et territoriis nostris consueto con-
tenti esse debent omnibus fraude et dolo in his
integre semotis. Quæ quidem unio et fraternæ con-
federatio robur firmitatis obtinebunt et habebunt
quamdiu nobis Divina clementia inhumanis viven-
di saverit et largietur. Harum quibus sigillum no-
strum presentibus subappensum testimonio litera-
rum. Datum in Brodnica feria 4 ante festum na-
livitatis S. Velli. Anno Domini 1453.